



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 75. Hussus ad retractandum a Cæsare incassum admonitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

*los, sparsos per orbem terrarum, melius Sæcul. XV.  
suam Ecclesiam regularet.*

A. C. 1415.

XXXVIII. Petrus non fuit Pastor universalis ovium Christi, multo minus Romanus Pontifex.

XXXIX. Apostoli & fideles Sacerdotes Domini strenue in necessariis ad salutem regularunt Ecclesiam, antequam Papæ officium fuerat introductum, sic facherent deficiente per summe possibile Papa, usque ad diem judicii.

### §. LXXV.

*Hussus ad retractandum a Cæsare  
incassum admonitus.*

**E**xaminatis omnibus istis propositionibus, *Vander* *Hardt to. 4.* *sua explicatione, quamdiu ei libuit, in p. 345.* *terpolavit, Cardinalis Cameracensis ipsi, quot, quantorumve errorum accusantur, ante oculos posuit, fervide exhortatus, ut judicio ac Concilii decisioni sese submitteret, & illius placitis sine renisu morem gereret, si secus facheret, pertinaciæ suæ poenas daturum. Ceteri quoque Prælati haud segnus Cardinalis adhortationes, ac preces suis auxerunt. Joannes autem iterato audiri petiit, promittens, se libenter Concilii instructionibus cessurum, si certis, ac validis rationibus suas sententias confirmare capax non effet.*

**Sæcul. XV.** effet. Ast Cardinalis Cameracensis re-  
**A. C. 1415.** plicavit, dicens: obediendum esse, erro-  
 resque abiurandos; iisdem quoque insta-  
 bat Imperator, suasque adhortationes in-  
 geminabat, sed semper obstinatum com-  
 periens, subjunxit: *Concilium & Docto-*  
*res habent jura sua, quidnam tecum finaliter*  
*agere debeant.* Satis prolixa fuit hæc ser-  
 mocinatio, quia Joannes ad omnia, quæ  
 ipsi dicta fuere, semper aliqua reposuit,  
 quædam facta omnino negando, aliqua  
 explicando, semper tamen nullius culpæ  
 reum se contestando.

## §. LXXVI.

*Hussus in carcerem reductus.*

**Idem fo. 4.** Post alios sermones prioribus similes, qui  
**p. 348.** potissima ex parte objecta crimina  
 concernebant, denuo Archiepiscopo Ri-  
 gensi tradebatur ad carceres reducendus.  
 Joannes Clumæus illum sequebatur, Im-  
 perator vero in confessu persistens, dixit,  
 Inter omnes perlectos Articulos nullum,  
 flamma non dignum reperiri, sique Joan-  
 nes Hussus retractare renuerit, suo qui-  
 dem judicio rogo imponendum, imo etsi  
 Concilio obediret, nihilominus a docendi  
 munere, atque a finibus Bohemiæ arcen-  
 dum fore. Addebat, errorum suorum  
 damnationem in Bohemiam, Poloniam-  
 que mittendam, cunctosque hujus Hære-  
 siar.